iudicialiter condemnavit In vim autem Lucri praefacti modo praemisso in contumaciam citati absenti Officium praesens Castrense Capitaneale Pra[...] scen[se] visa et considerata Citati clamati et non comparentis contumacia et temeritate iam cummuni et parte actorea affectationi ac contentis Citationis inhaerendo super praedicto citato bonisque eius orbus taxam Vulnerum una cum refusione damnorum sub poena banitionis praesentibus interposita decreti praesentis vigore.

Falkowski in Lucro taxae

Super Citationem literalem Castren[sem] Capitan[ealem] Dran[...]scen[sem] tenoris talis Franciscus Joannes in Klocow Lesnowski Dranscen[sis] Capitaneus Vigore regio et nostro Capitan[eali] authoritate tibi Nobili Petro olim Stanislai Falkowski de persona bonisque tuis quibus omnibus mandamus Ut in Judicijs vigore constitutionis Anni 1621 sub tempus expeditionis Gentis bellicae sancitae nunc vero in conventu Generali Varsaviensi reassumptae feria secunda post datam praesentis Citationis prius et proximius in Curia Regia Dranscensi celebrandis quarter et peremptorie compareas Ad instantiam Instigatoris Judicii nostri et eiusdem delatoris Nobilis Petri olim Andreae Kosmiec qui se inhaerendo Constitutioni Anni 1621 de expeditione Gentis bellicae sancitae nunc vero reassumptae laudoque publico approbatae in vim termini tacti peremptorie citat Idea quia tu eundem actorem nulla tibi per ipsum data legitima Causa Vulneribus quod ipse coram Officio Castren[si] Dranscen[si] monstravit et in scriptis taxando sibi ea ad Centum marcas prussicorum Polon[icorum] affecisti et verberibus violenter afflixisti per quod poenas eo nomine sancitas merito succubuisti ad quas Puniri te decernendas Citaris Judicialiter pro excessu praemisso attentatus et responsurus Datum in Curia Regia Dranscen[si] feria secunda post festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo primo. Cuius quidem Citationis Sibi insertae Copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Proszenski ob una integra ante terminum praesentem Septimana in bonis Citati propriis posuisse et publicasse recognovit Memoratus Actor Citatum supra nominatum ad Officium praesens per Ministerialem Regni Generalem eundem Nobilem Benedictum Proszenski iuridice clamatum et non comparentem in lucro taxae Vulnerum ex Regestri ordine admissioneque Officii praesentis iudicialiter condemnavit et Officium praesens [...]